

HOMILIA QUINTA.

Nervosae rationes adducuntur, urgentissimaeque argumenta, multiplici eruditione illustrata, ad comprobendam, et suadendam Christi Domini resurrectionem, in illa verba: Praebuit seipsum vivum in multis argumentis.

Inter ceteras nostrae fidei veritates, Christi Domini resurrectio genibus difficilissima semper fuit, quae crederetur, Iudaicis vero fabula, et figmentum visa est. Unde B. Hieronymus testatur, quamvis Pythagoras, Socrates, et Plato, animae immortalitatem cognoverint, corporum tamen resurrectionem sibi minime persuasisse, immo et stultitiam existimasse, ut constat ex Actis Apostolorum. Cum enim Paulus apud Agrippam Regem, et Proconsulem Festum de hoc ageret, responsum accepit: *Inanis Paulus, multae te litterae ad insaniam convertunt: et Actorum 17.*), cum Aethenis de resurrectionis mysterio sermonem haberet: *Seminari dixerunt verborum, annunciator novorum daemoniorum.* Tam a veritate alienam corporum resurrectionem existimabant, ut illius auctorem solum daemonem exiitisse constanter asseverarent. Immo cum sanctae illae feminae nunciasset Apostolis, resurrectisio Christum; *Patabant*, ait Lucas (c. 14.), *esse deliramenta, quae dicebantur.* Eoque constantius infideles mendacium sibi hoc suadebant, quia irrefragabile axioma illud credebant: *A praecognitione ad habitum non est regressus.* Cum ergo mors privatio sit vitae, impossibile autumabant, posse resurrectione ad vitam deluncta hominum cadavera revocari. Verum quamvis illius axiomatis doctrina comperta sit, certum tamen est, in causis tantum naturalibus locum habere. Si tamen divinam omnipotentiam inspiciamus, nullo firmo fundamento iniri potest: omnia enim Deus sua omnipotentia melitur, et placito. In hunc eundem errorem lapsi sunt Sadducei, qui inter Hebraeos, ut inter Christianos, haeretici extiterunt: hos arguit Christus in Evangelio, falsamque eorum sententiam esse comprobavit, dicens (Matt. 22.): *De resurrectione mortuorum nunquam legis, quia dictum est a Deo: Ego sum Deus Abraham, Deus Isaac, et Deus Jacob: non est Deus mortuorum, sed vivorum?* Quo testimonio usus est Dominus, non quia efficacius esset ceteris (multa enim alia clara proferre potuisset, ut illud Job: *Credo quod redemptor meus vivit, et in novissimo die de terra surrecturus sum ego ipse, et non altus, et rursus circumdabor pelle mea; et illud Davidicum (Psal. 40.): Numquid, qui dormit, non adiciet, ut resurgat; et iterum (Psal. 138.): Tu cognovisti sessionem meam, et*

resurrectionem meam; sed quia Sadducei libris Moysi plenam adhibebant fidem, atque adeo, ut argumentum urgeret, ex irrefragabilis Scripturae testimonio ab eis admissio desumptum fuit, ne daretur negationi locus. Perspicuum igitur est, difficillime resurrectionis veritatem hominibus persuasam, atque ideo multa afferuntur argumenta, ut credatur, ut ex Actis Apostolorum constat cum dicitur: *Quibus praebuit se ipsum vivum post passionem in multis argumentis per dies quadraginta.* Verum ut rem positam assequamur, expendamus, quae docuerit Dominus, de quo S. Lucas scribit: *Incipiens a Moysae, et omnibus Prophetis, interpretabatur illis in omnibus scripturis, quae erant de ipso.* Quod unum quia inter praecipua argumenta, quibus Dominus suam resurrectionem dubitantibus Apostolis patefecit, principem locum tenet (probat enim omnia in se ipso completa, quae Prophetae divino afflati Spiritu de ipso fuerant vaticinata) placet breviter divinae Scripturae loca perscurrere, quae ad rem nostram faciunt. Atque in primis si de conceptione Virginis Mariae agitur, apud Isaiam habetur: *Ece virgo concipiet, et pariet filium: si de natalitate in Bethlehem: Et tu Bethlehem terrae Iuda nequaquam minima es in principibus Iuda: ex te enim exiit dux, qui regat populum meum: si de fuga in Aegyptum, ab eoque regressa: Ego Aegypto vocavi filium meum: si de Magorum adoratione: Reges Tharsis, et insulae munera offerent: Reges Arabum, et Suba dona adducent: si de Christi in templo presentatione: Suscepimus Deus misericordiam tuam in medio templi tui: si de baptismo: Vox Domini super aquas, Deus maiestatis intonavit: si de victoria: Super aspidem, et basiliscum ambulabis, et conculcabis leonem, et draconem: si de praedicationis facundia, et lepore: Diffusa est gratia in labiis tuis, propterea benedixit te Deus in aeternum: si de legis iustitia, et sanctitate: Lex Domini immaculata, convertens animas: si de parabolo dicendi more: Aperiam in parabolis os meum, loquar propositiones ab initio: si de abstinentia, et ieiunio: Operui in ieiunio animam meam: si de paupertate: Ego autem mendicus sum, et pauper, Dominus sollicitus est mei: si de prodigiis sua voce patris: Misit verbum suum, et sanavit eos, et eripuit eos de interioribus eorum: si de zelo, quo negotiatores o templo eiecit: Zelus domus tuae comedit me, et approbata exprobrantium tibi ceciderunt super me: si de inimicorum dilectione: Pro eo, ut me diligeret, detrahebant mihi, ego autem orabam: si de Scribarum et Pharisaeorum persecutione: Lapidem quem reprobaverunt aedificantes, hic factus est in caput anguli: si de ingressu in Hierosalem, et applaudentibus pueris: O Domine salvum me fac, o Domine bene sperare, benedictus qui venit in nomine Domini: si de infantibus clamoribus suis laudibus acclamantibus: Ego oro infantium, et lactentium perfectis laudem propter ini-*

*micos tuos, ut destruas inimicum, et ultorem: si de Iudae prodicione: Qui edebat panes meos, magnificavit super me supplantationem: si de venditione: Et appenderunt mercedem meam triginta argenteos: si de dignitate, a qua delictatus est Iudas: Et Episcopatum eius accipiat alter: si de Eucharistiae institutione: Tu es sacerdos in aeternum secundum ordinem Melchisedech: si de Herodis, Pilati, et Iudaeorum adversus Christum consilio: Adfuerunt reges, et principes convenerunt in unum adversus Dominum, et adversus Christum eius: si de Apostolorum fuga: Longe fecisti notos meos a me, posuerunt me a dominationem sibi: si de falsis testibus contra Dominum advocatis: Surgentes testes iniqui, quae ignorabant, interrogabant me: si de flagellis: Congregata sunt super me flagella, et ignoraui: si de felle, et aceto: Dederunt in escam meam felle, et in siti mea potaverunt me aceto: si de silentio, cum iniuriis lacesseretur: Factus sum sicut homo non audiens, et non habens in ore dum redargutiones: si de clavis manuum et pedum: Foderunt manus meas, et pedes meos, dinumeraverunt ossa mea: si de sorte super vestem imposita: Diviserunt sibi vestimenta mea, et super vestem meam miserunt sortem: si de agonia in Cruce: Deus Deus meus quare me dereliquisti? si de contemptu, quo illudabatur: Speravit in Domino, eripiat eum, saltem faciat eam, quoniam vult eum: si de anima Patri commendata: In manus tuas Domine commendo spiritum meum: si de mortis opprobrio, qua mortuus fuit: Morte turpissima condemnatus es: si de reportato mortis in Cruce triumpho: Dicitur in genibus, quia Dominus regnavit a ligno: si de morte iam victa: Praecipitavit mortem in sempiternum: si de sepulcro: Posuerunt me in lacu inferiori, in tenebris, et umbra mortis: si de sepulcri gloria et splendore: Et erit sepulcrum eius gloriosum: si de corporis incorruptione: Non derelinques animam meam in inferno, nec dabis Sanctum tuum videre corruptionem: si de animarum liberatione a limbo: Educasti vinctos tuos de lacu in quo non erat aqua: si de corporis resurrectione: Ego dormivi, et soporatus sum, et resurrexi: si de potestate, quae supra caelum, et terram tributa ei fuit: Et dominabitur a mari usque ad mare et a flumine usque ad terminos orbis terrarum. Cum perspicuum itaque sit, vaticinia omnia Prophetarum in Christo ad litteram adimpleta, quis ambiget de veritate haec, quae ad resurrectionem pertinet; praesertim cum Christi etiam inimici hoc fassi sint? Inimicorum autem testimonium irrefragabile est, cum veritate coacti loquantur. Egesipus testatur Pilatum Tiberio Caesari litteris Christi resurrectionem nunciasse his verbis: *Crucifixerunt igitur illum, et sepulcro, quo conditus erat, custodes adhibuerunt, inter quos etiam ex meis militibus erant, qui tertio die illum a mortuis resurgentem viderunt.* Addit etiam Matthaeus ipse sepulcri custodes Christi resurrectionem praesones fuisse, eamque per universam civitatem annunciasse: *Ecce, inquit, quidam de custodibus venerunt in civitatem, et annunciantur**

Principibus Sacerdotum omnia, quae facta fuerant. Certum tamen est, Sacerdotum principes cuius operam adhibuisse, ut Christi resurrectio celaretur, milites pecunia corruptos, ut dicerent, dormientibus ipsis, Discipulos Christum mortuum sustulisse: *Congregati cum senioribus consilio accepto, pecuniam copiosam dederunt militibus, dicens: Dicite, quia discipuli eius nocte venerunt, et furati suat eum, nobis dormientibus.* In quae verba Chrysostomus (ho. 61. in Matth.) haec habet: *Quomodo enim discipuli furati essent ipsum, homines pauperes, et rudes, qui neque in hominum conspectum prodire audebant? An non erat signaculum appositum? An non tam multi custodes, et milites, et Iudaei? An non isti suspectum hoc ipsum habebant, et vigilabant, atque satagebant? Augustinus (ibid.) addit: Si dormiebant custodes unde scire potuerunt, quisi illum sustulerit de sepulcro? o mali, o pessimi: aut vigilabatis, et custodire debuistis; aut dormiebatis, et quid sit factum, nescitis. Impletum est enim, quod Spiritus sanctus per Psalmistam multo ante praedixerat: *Cogitaverunt consilia, quae non poterunt stabilire.* Nos etiam addere possumus, nuquam lures crumena relicta nimis ibi inclusos auferre, sed simul omnia incunctanter capere, pecuniam, et erumenam, ne vel aliquantulum immorentur. Si ergo discipuli Christi corpus abstulissent, nequaquam sudarium, in quo revolutum erat, reliquissent; quod in sepulcro absque corpore inventum testatur Lucas: *Petrus autem surgens cucurrit ad monumentum, et procurans vidit linteamina sola, et abiit secum mirans, quod factum fuerat: ad quod confirmandum mirum in modum conferunt verba Chrysostomi, quae non pigebit apponere: Nec enim, inquit, si qui corpus abstulissent, illa reliquissent, neque si furati essent, sudarium involcere, et ponere in unum locum curassent, sed ut erat corpus abstulissent: Propterea praedixit Ioannes cum multa myrrha fuisse sepultum. Myrrha non minus, quam pix corpori linteamina conglutinat, ut cum audieris ea in sepulcro relicta, furto abreptum non arbitreris. Non enim fur adeo stultus fuisset, ut superflua re tantum laborasset: etenim dicitur in ea immorandum erat, et deprehendi potuissent. Sedulus etiam non longe ab hoc abest, cum inquit:**

Improbe custos

Responde scelerata coloris si Christus, ut aures

Dicere, conclusio furtim productus ab antro. Soporos latuit, cuius tacet intus amictus. Cuius ad coevis sedet Angelus: ante beati Corporis abiator velocius esse putavit Soltere contactum, quam decessit ligatum?

Verum, quia de Christi linteo sermo incidit, silentio nequeo praetorire, curram Lazarus linteo obvolutus et sepulcro prostratus: *Ligatus, inquit Evangelium (Joan. 15. 3.), pedes, et manus instillis, et facies illius sudario erat ligata; Christus autem omni solutus vit-*

culo, et lineamine liber surrexit. Rationem crederem, quia Lazarus sterni erat vinculis, et mortis carcere detundendus: et ideo mortis signa gestat, at Christus immortalis surrexit, dicitur Apostolo (Rom. 5.): *Christus resurgens et mortuus iam non moritur, mors illi ultra non dominabitur.* Ergo sicut qui ex carcere prodit, manibus, pedibusque ligatis, morte vel alio supplicio restat muletandus; qui vero immunis a supplicio, solutus a bire permittitur: sic, quia Lazarus erat iterum moriturus, laqueis obvolutus, Christus vero, qui resurrexerat immortalis, omnibus vinculis liber sepulchro egreditur. Aliud autem argumentum, quo utitur ad hoc probandum D. Thomas, illud est, quia sicut turpissima Christus fuerat morte punitus, plenamque pro criminibus nostris ab eo aeternus Pater vindictam desumpserat, congruam profecto erat, ut aequivalens ei rependeretur praemium, et ad immortalem vitam gloriosamque evocaretur. Divina quippe iustitia non in multis et suppliciis tantum, sed in rependis etiam praemiis iustissima est. Huic nititur fundamentum Apostoli argumentum (ad Phi. 2.): *Factus obediens etc. propter quod et Deus exaltavit illum, etc.* Divus etiam Athanasius (de inc. Ver.) fatetur victori Christo iuxta iustitiae leges nihil aliud deesse morte iam devicta, nisi ut mortis spolia reportans ad vitam resurgeret gloriosam. Petrus autem Apostolus divinam intuens iustitiam: *Impossibile, inquit, erat detineri illum ab eo, id est a dno mortis hoste.* Neque enim sepulchrum aptus erat locus, in quo tantus Christi corporis thesaurus reconditur. Multa sunt quae extra proprium locum detineri nequaquam possunt: igitur cum intra subterraneos terrae sinus delitescit, tollis erumpens viribus, muros, turres, integrasque urbes evertit; aer ibidem inclusus terrae motu turbidus ascendens montes inverit: quod non aliunde oritur, nisi quia extra naturalem continentur sphaeram, quam ut petant, tot prodigia patrant. Cum igitur empyreum caeli sedes Christo Domino, tanquam proprius locus, debeatur (erat enim divinus homo testamento Apostolo (1. Cor. 15.): *Secundus homo de caelo caelestis*), compertum est non potuisse in terreno sepulchro diutius immorari, sed mortis contractis vinculis prostrare. Tandem Christus etiam alio usu est argumento, ut suam ipsius resurrectionem discipulis dubitantibus persuaderet, cum per omnes sensus percurreret. Sensu auditus cum soliloquio sonat, *Pax vobis.* Verum quia accipites adhuc non credebant, phantasmaque sibi conspiceri videbantur: *conturbati vero, et contreriti existimabant se spiritum videre, Christus, visus ossu utitur, dicens: Quid turbati estis, et cogitationes ascendunt in corda vestra? Videte manus meas, et pedes meos, quia ego ipse sum.* Sensu etiam tactus uti voluit ut hanc veritatem quasi manibus contractarent, addens: *Palpate, et videte, quia spiritus cornem, et ossa non habet, sicut me videtis habere. Et cum dixisset, ostendit eis manus, et pedes.* Sed persistentibus nihilominus in sua incre-

ditate discipulis: *Adhuc autem, inquit Evangelista, illis non credentibus, gustus sensum adhibet: Habetis hic aliquidquid manducaverunt illi obtulerunt et partem piscis assi et faenum mellis; et cum manducasset coram eis, sumens reliquias dedit eis.* Validum fuit, et efficaci valde hoc vitae indicium, et irrefragabile argumentum: etenim vita functi non comedunt, sed comeduntur a verbibus, devorantur a terra. Deficere hic tandem odoratus videtur: verum neque hic meo iudicio defuit. Quod ut probemus, scienium gloriosa corpora miro odore fragrare: ut etiam dixit insignis Hispaniarum praedicator sanctus Vincentius Ferrerius, cum Christus, teste Ioanne, *Insufflavit, et dixit, accipite Spiritum sanctum;* propria respiratione suavissimum communicavit odorem. Itaque sicut (id referente D. Thoma) cum cibus famescit, suavem adeo emittit odorem, ut ab illo pisces attracti, tam prope accedant, ut fami sua plene satisfacere: sic Christus odoris fragrantia discipulos attraxit suos, ut illos spiritaliter secum incorporas vivificaret. Atque hinc colligo, Christum sensuum argumentis ita suam ipsius resurrectionem incredulis persuasisse discipulis, ut Thomas etiam pertinacia dimissa constanter crederet, et iussa exequens Domini dicebat, *Infer digitum tuum huc, et asser manum tuam, et mitte in latus meum, responderit: Dominus meus; et Deus meus.* Tandem Ioannes Apostolus suo, et reliquorum nomine testatus est: *Quod vidimus, et audivimus, et manus nostrae contrectaverunt de Verbo vitae, hoc annunciamus, et testamur vobis.* Sed dicit quispiam, Angelos etiam percipere humana corpora assumpsisse, et cum hominibus conversatos: immo et comedito, ut videre est in Angelis ab Abraham hospitibus receptis, et eo, qui comitatus fuit Tobiam; qui tamen veri homines videbantur, cum revera non essent: sic quis dicit phantasticum fuisse, non verum Christi corpus. Pleno difficultati huc satisfactum credere possemus, rationem divi Thomae sectantes, qui inquit: *Lacet singula argumentorum non sufficientem ad manifestandam perfectam Christi resurrectionem, tamen omnia simul accepta perfecte resurrectione manifestant: maxime propter scripturas testimonium, et Angelorum, et etiam ipsius Christi assertionem miraculis confirmatam.* Verum praeter haec dicimus, quod ubi verum corpus non est, tibi vera comestio non intercedit, sed apparet tantum, ut Tobias significavit Angelus dicens: *Cum essem vobiscum, videbar quidem manducare, et bibere, sed ego cibo invisibilis ator.* Verum in Christo fuit vera comestio: etenim, ut dixit Augustinus: *Non potestas, sed egestas corporibus resurgentium asferunt.* Quod tamen mihi plenius satisfecit, illud est, latum interesse discrimen inter haec duo, et quod veritas aliqua evidenti ratione in se ipsa comprobetur, et quod credibilis sit, evidenter convincatur. Argumenta igitur, quae Christus congressit ab usu sensuum mutua ad resurrectionem comprobendam, duplicem poterant finem respicere. Primus est, ut evidentem resurrectionis cognitionem discipulo-

rum pectoribus infunderet, et hanc non mathematicam, sed moralem, quae secum fidei obscuritatem, et aenigmaticam cognitionem compulset; ut hanc habuere discipuli: etenim nulla certiora vitae signa ostendi potuisset, quam quae ostendit Christus. Secundus est, ut Christus suam resurrectionem evidentem credibilem persuaderet, quam Theologicevidentiam credibilitatis dicunt, qua posita, insanum esset non credere: et ideo incredulos discipulos in Emaus insaniae ipse arguit: *O stulti, et tardi corde ad credendum.* Sed ut magis argumenti vis eluceat, quo usus est Christus ex sensibus, dicant Hebraei, mortuus est ne vere, an phantastice tantum Iesus? certe pro comperto habent, vere vita defunctum: eadem ergo certitudine comperit eiusdem resurrectio apud ipsos esse deberet: nullum enim certius veracis mortis signum experti in Christo fuerunt, quam sensuum delectum: ergo eorundem usus evidens resurrectionis signum esse deberet apud ipsos. Sicut enim in morte sensus, ceteraque vitales operationes defecerunt, et in frigido corpore arteriae etiam immolae quievero; sic in resurrectione vitae operationes exerevit, ambulavit, comedit, conversatus est, et sensibus omnibus usus fuit. Qui ergo tot, ac tam urgentibus resurrectionis Christi argumentis non convincitur, obstinatae mentis morbo manifeste laborat: Cui solus Deus mederi potest, qui vivit, et regnat in saecula saeculorum. Amen.

HOMILIA SEXTA.

De victoria, quam Christus Dominus in triumphante eius resurrectione tulit de triplici hoste, Daemone, Morte, et Inferno.

Regius Propheta David Christi Domini triumphum vaticinio spiritu intuens, non victorem, sed victoriae auctorem, maluit illum nuncupare: in Psalmo enim octavo, in quo de Christi palma ad litteram loquitur, exponente id Paulo (ad Hebraeos cap. 5.), ut verba ipsa Psalmi praeserunt, *Gloria, et honore coronasti eum, Vulgata legitur editio in psalmi titulo, Pro torcularibus, respexit quidem ad illud Prophetae: Torcular calcavi solus, et de gentibus non est vir mecum.* Sicut enim ex expressis vis vinum elicitur, sic Christus, universis eius vinctis reseratis, in crucis torculari expressit proprium sanguinem elicit. Aquila, et Theodoretus, *victoriae auctori, transulere.* Verba autem, in finem, quae septuaginta Interpretes apposuerunt, miram in modum rei nostrae aeterni possunt. Qui enim ad finem usque praeteri cum hostibus dimicans, eosque fugans, illaesus evadit, non modicus est laudibus offerendus. Tam extitit insignis Christi triumphus, ut de eo dixerit Apostolus (Coloss. 2.): *Exoptans principatus, et potestates induxit confunderet, palam triumphans illos in semetipso, vel ut alii vertunt, in semetipsis.* In cuius loci versu animadvertendum, CARTHAGENA DE SS. Trinit. Christ. Dom.

ubi nostra vulgata legitur, *trahit, Graecus interpres transtulit exemplavit;* ac si diceret, hostes non solum devicit, sed palam multis cumulavit approbris, eosque in signum, et exemplum constituit, ut qui in Christum conspiciant, inde addeant retrocedere, divinum ultionem exhorrescentes.

Memini apud Solorum legisse, quod etiam Polybius vidisse testatur, in Africa plurima a leonibus hominum millia enecta; multisque adhibitis in hac re remediis, sed incassum, hoc tandem adinvenero. Captum leonem patibulo suspenderunt, ceterisque leonibus exposuere, qui suspensi leonis morte deterriti aufugerunt; sic Christus suismet clavibus ferocem leonem Luciferum (hac enim voce eum exprobravit Petrus: *Adversarius vester Diabolus tanquam leo rugiens circuit quaevis quem devoret*), cruci affixit, ut videntes ceteri daemones sui principis ignominiam, vires, animosque perderent. Sed ne alicui minus gloriosa, quam per est, Christi victoria videatur, eo quod in cruce suspensus obierit; advertat, quamvis per modicum temporis in agone deciderit; casus tamen ille non deterioris indicium, sed singularis stratagematis argumentum extitit. Athleta enim nequaquam diudicandus in gloriis, si cum hoste pugnant una cum hoste concidens vitio adversario iustus exurgat. Christus igitur cum athleta daemone dimicans, quem nullus unquam hominum vincere potuisset, iuxta lob sententiam, *Non est potestas super terram; quae comparatur ei, illum gloriosissime devicit;* et quamvis dum luctaretur cum eo, in unum concidit, sed adversario ad pedes, et sub se prostrato, quia non virum hebetudine, ad virtutis defectu, sed industria deciderat, invictus illico surrexit: *Tertia die surrexit a mortuis.* Sed praeter hoc etiam maximum intercedit inter casum utriusque discrimen: Christus enim per trium tantum dierum spatia in sepulchro cecidit; daemone per totam saeculorum aeternitatem ad inferos relegatus fuit. Hinc est, quamvis nonnulli cum Basilio affirmant, vocem hanc, *Diabolus*, Graecam esse, quae *terminator* denotet; et quamvis Glossa (ca. firm. de sum. Trinit.), et D. Thomas (2. par. cap. 5.) dicant, vocem hanc *eo dia*, quod est duo, et *bolus*, quod buccellam significat, esse compositam, quia daemone duas tantum buccellas appetit, animam scilicet rationalem, et corpus. Sanctus tamen Isidorus (lib. etym.) vocem esse hebraeam autumat, significantem eum qui per infima loca incedit. Mirum in modum hoc daemonei compelli, non eo solum, quod ad villa infamiae hominum animos impellit, sed etiam, quod ad inferiora, et abiectionis inferorum loca fuerit deturbatus. Istud Christi praellum cum Lucifero pugnantis, dracone cum elephante dimicans adammissum exprimit. Docet Plinius calidissima naturae draconem esse, atque adeo mira isti impulsu elephanteum quaeritare, qui sanguinis est frigidissimi, ut eo situm extinguit. Unde cum eum arbori adnixum compertit (sic enim dormire consuevit) sanguinem ab gneis venis sugit. Tunc exanguis

elephas instantem mortem praesentis in terram decidens sui corporis pondere draconem comprimit, sicque moriens victoriam reportat de dracone. Lucifer in sacro eloquio draconis nomine nuncupatur (Psal. 103.): *Draco iste, quem formasti ad illudendum: et illud (Apoc. 12.): Michael praebatur cum dracone. Ille adeo ignitae naturae est, ut Iordanem fluvium potare audeat: Absorbet (ait Ioh.) fluvium, et non mirabitur, et habet fiduciam, quod insuat Iordanis in os eius. Non cepit solum daemones peccatores, qui suarum passionum fluctibus deferuntur, absorbere, verum etiam istos ipsos Iordane expressos, quo Deus mira prodigia perpetravit. Draco igitur iste infernalis Christi sanguinem sitiens, qui crucis arbori innitebatur, Hebraeorum manibus, et ore sanguinis pondere in eum irruens devinatus, divinitatis pondere in eum irruens compressit (Psal. 37.): Tu confregisti capita draconis. Porro expertus daemones suarum virium imbecillitatem, mortem in sui praesidium, et opem advocavit, dicens (Isai. 50): *Stemus simul, quis est adversarius meus? Advenit vocata a daemone mors, quae pungen- ti aculeo Christum ferit; sed instar apis, quae in vivam carnem saeviens, succumbit, vivam Christi carnem, in qua divinitas vigebat, feriens, deperit. Mirifice rem hanc exprimit, quod Geminianus narrat de silvestri tauro. Ille colores mirum in modum abhorret. Venator versus ipsum viridi, aut purpureo colore incedit. Hunc taurus mira ferocitate impetere tentat: tunc ille post arborem effugiens, taurum frustratur, qui cornua in arborem inferens, cum inde ea educere nequaquam possit, a venatore confoditur: sicque furor ipse, quo in inimicum efforbuit, hostis manibus eum tradit. Hoc Christo accidit, qui cum purpureo humanitatis habitu crucis afflixus esset, irruens in eum mors silvestris taurus, cornua in crucis arborem intulit: cum victicem se iactaret, victa succubuit, eiusque cornua Christus Dominus devoluit. Quod praedixerat Abacuch: *cornua in manibus eius: eique tanquam devictio tauri sibilat, ac illudit Apostolus, obiciens illi: Ubi est mors stimulus tuus, ubi est mors victoria tua? ac si diceret: defuerunt tuarum virium aculei, sub me morieris: O mors tua, morsus tuus ero inferne. Exponamus, si placeat, haec verba: mirifice enim conferunt ad rem nostram. Ait primo: O mors ero mors tua. Isaias haec habet: *Vae qui praedaris, nonne praedaberis? quasi dicat, qui praedatur, aliquando cogitur restituere, quod depraedatus est. Multa hominum corpora mors fuerat depraedata, sed restituere coegit Deus, et aperire locos: Monumenta aperta sunt, et multa corpora sanctorum surrexerunt. Accidit morti id, quod latro experit, qui parvi momenti res rapiens, cum magnum aliquid sustulerit, omnia in patibulo suspensus exolvit. Rapuerat mors hominum parvi momenti vitas, vita enim eorum (Jacob. 4.): *Vapor est ad medicum parens; sed Christum rapiens, cuius vita infinita erat virtutis ac valoris, cum furtum illud crimen haesae maiestatis*****

esset, statim mors morte damnatur: *O mors ero mors tua: continuoque restituere coacta est: Et monumenta aperta sunt. Sicut enim, qui multa comederat, si quidpiam, quod stomachus respuit, deglutit, quae prius comederat, evomit; sic mors cum multa hominum corpora deglutisset, haec una corporis Christi buccella tantam ei intulit inquietudinem, ut multa evomere coegeretur, Evangelista dicente: *Et multa corpora sanctorum surrexerunt. Non incongrue aptarem hic quae de Hercule effluxit Antiquitas. Is cum dimicaret cum Antaeo terrae filio, nec vincere posset, quia cum prostratus terram tangeret, pia parens gromio suo illum excipiens ad vitam iterum, atque iterum revocabat: hoc cum comperisset Alcides, brachiis suspensus in altum sustulit, ne deinceps a terra foret. Sic mors terrae filia tentans hominum dimicans coercedi, ac vinci non poterat, quia parens terra vires praestabat; verum Christus homo de caelo caelestis, ut dixit Paulus, ut eam devinceret, et terra elevavit, ac inter Dei hominis brachia eam constitens, eisdem brachiis, quamvis clavus confossis, enecavit, implens, quod praedixerat: *O mors ero mors tua.***

Hoc idem egregie exprimit, quod rerum naturalium Historici de colubro enhydros vocato commemorant. Hunc crocodilum innato quodam odio insectatur; enhydros vero cum illum pascentem comperit, sub herbis se abscondens, eo intrat illius, et ventrem, et viscera dirumpit: quod facillimum est, quia mollia sunt, ut docet Plinius; et sic mortuo crocodilo, illaesus egrediens eius victor evadit. Quis absorptum enhydrium comens non illum victum, victoremque crocodilum indicaret? At e contra sese res habuit: succubuit crocodilus, superavit illum enhydros. Sic sane mors devoravit Christum, sed ipse mortis viscera discernens, mortem interfecti, et post tres dies mortis victoriam annuncians e sepulcro gloriosus erupit. Olim ante victoriam non alius felicior locus erat post mortis naturae, quam limbus sanctorum Patrum; at post mortem Christi, morte iter panditur ad vitam, et vitam aeternam empro caelo perfruemdam. Terribilis fuerat occisus a Sansone leo, sed eo mortuo in ore eius mellis favum invenit, ferocissimus leo fuerat mors, sed a mystico Sansone devicta dulcis mellis favos iusti experiuntur. Eusebius Emysenus (ho. 6. Pasc.) paucis haec omnia perstringens ait: *Mortis iniquitas, quae tanquam hominem vincere gaudebat, expavit subito praedam suam; et in suo regno, a suo, ut putabat, debitore constricta est, a suo condemnata reo, a suo subigata est captivo: ideo suis laqueis illigata, et irretita perditio, dum deciperet, sublata est, dum interficeret, extincta est, dum devoraret, assumpta est. Quod si quis petat, quoniam pacto a Christo mortem interfectam dicamus, cum adhuc in suo robore persistens, et quasi aqua dilatatur. Respondendum enim Apostolo, omnes istos resurrecturos, nunquam morituros, et tunc mortis tyrannidem cessaturam: *Cum mortale hoc induerit immortalitatem, tunc fiet sermo, qui scriptus est: Absorpta est mors in victoria tua. Et quia universalis illa corporum resurrectio ad Christi exemplar ex suae passionis meritis fiet, ideo vere dicimus eius morte mortem nostram fuisse devictam, quae ante Christi mortem fuerat immortalis. Unde Lyranus explicans praedicta verba: *O mors ero mors tua, etc. haec habet: Hoc dicitur in persona Christi, qui mortem destruxit inchoatam in sua resurrectione, et in fine mundi destruxit consummativae. Ad idem alludit Pagnini versio, qui transfert: *Ero pestis tua o mors, excidium tuum inferni. Subdit tandem Oseas: *Morsus tuus ero inferne. Dupliciter verba haec licet exponere. Primo, quod morsus passive sumatur, ita ut Christus ab inferno morsus fuerit, et iuxta hanc intelligatur sensus erit, quod infernas futurum erat, ut in visceribus suis confineret Christum, limbus animam, et sepulcrum corpus. Verum quia calor non suppetebat eis ad digerendum tantum cibum, non potentes eum retinere, coacti sunt quasi stalem illum restituere, iuxta quod dixit Petrus: *Impossibile erat detineri illum. Accidisse inferno crediderim, quod in rusticis experitur: hi cum rusticis, vilibusque cibis stomachum assuetum habeant, si nobile quidpiam cibi assumant, stomachum insolita agitatum inquietudine sentiunt, nec continere se possunt, donec insolitum illud, quod absumperant, evomant. Inferni, et sepulcrorum ora mortalibus peccatorum corporibus, et animabus vescebantur, aptique erant eorum faucibus cibi; sed cum innocentem Christi Domini animam, sanctumque corpus absorbitis, indigestum post tres dies tradiderunt, quod in Iona ilaeso prodeunte e celi ventre fuerat praesignatum. Secundo exponi Oseae verba possunt, si vox, morsus, sumatur active, ita ut Christus Dominus inferos mordens mors inferni dicatur, sumpta metaphoram morsus pomum habet, id quod in eo sanum est, comedit, quod putridum, respuit: sic Christus putridam reproborum partem respuit, dulci sanctorum Patrum buccella se cibavit; et ideo praedixit, *Morsus tuus ero inferne. Annuit hoc interlinearis Glossa, dicens: *Morsus tuus ero inferne dixit, meos electos educendo, reprobos vero relinquendo. Cum igitur tantis fuerit Christi victoria coonestata triumphis; recte morti, inferno, et lucifero tenebrarum Principi licuit, illudens eos, oblicere: ubinam virtus tua, o mors? quoniam ablit robor tuum, o Lucifer? ubinam captivi? quis te mundi tuis expoliavit Idolis? quoniam pacto o lex Moysis excidisti? disparuerit ritus tui, evanuerit caeremoniae, sacerdotium redactum ad nihilum, frustrati estis o satrapae vestris consultationibus, reseratum est monumentum, o Pharisei, cui, ut munit, custodes adhibuistis. Haec omnia cassata sunt: resurgens enim Christus Dominus mortem devicit, de daemone triumphavit, inferna deterruit, idola confregit, scriptam legem in evangelicam commutavit, hostes ex-********

probravit sepulcri custodes, Angelum misit, qui signaculum auferens, quae victoriae suae praeco esset, dicens, *Iesum quem quaeritis Nazarenum; surrexit, non est hic.*

HOMILIA SEPTIMA.

Sub congrua satis solis, et stellarum metaphora, de Christi Domini resurrectione, et eorum, qui cum illo surrexerunt, concinne disseritur.

Aptissimum est resurgenti Christo solis nomen: etenim praeterquam, ut dixit Isidorus, planeta sol non nuncupatur, quasi solus, quia unicus est: quod Christo etiam congruit, quia unicus propria virtute surrexit; si diligentius inspicimus, in sole velut in imagine expressas quodammodo nostri Salvatoris gloriae dotes licebit intueri. Claritas eius omnibus compta est: ipse enim est fons, et origo omnium claritatis: velocitas apparet, cum paucis horis tam longam percurat viam, ut nostrum hoc, aliudque etiam hemisphaerum perlustrat: impassibilitatem hand difficile erit invenire: etenim peregrinus non subiacet impressionibus, et cum tot spatia conficit, nec senescit, nec defatigatur: tandem nec deest illi subtilitas, cum suorum acuminum radiorum terrae viscera penetret, ibique aurum, argentum, ceterosque pretiosissimos lapides generet. Cum ergo hoc ita sit, aptissimum est Christo solis, Phoebique conuersant nomen, cuius corpus his omnibus dotibus decoratum fuit. Sicut autem ad caeli decorem mirum in modum conferunt sol, luna, lucifer, ceteraque duodecim signa Zodiaci, sic etiam in supernaturali ordine, ad suae Ecclesiae caelum decorandum, iustitiam nolens Christum, Mariam lunam, Luciferum Baptistam, ceterosque duodecim erexit Apostolos; et sicut inter caelestia haec duodecim signa unum est pessimum, ut docent Astrologi, quod Scorpionem vocant, sic inter spiritualia signa unicus extitit perditus, et proditor Iudas: et sicut in firmamento motum admittunt trepidationis, ut Ptolemaeus, et Alphagranus docent; sic militantis Ecclesiae caelo motus hic fuit, cum non inveniatis in sepulcro Christi corpus Discipuli, trepidatione commoti sunt: *Sed et multi ex nostris trauerunt nos: tantusque hic tremor fuit, ut ex altissimo spei caelo in profundissimam diffidentiae abyssum ceciderint, ut fassi sunt discipuli, Christum alloquentes: *Nos autem sperabamus, etc. Adeoque in sua incredulitate sistebant, ut Christi resurrectionem muliebri sensum iudicarent: *Visa sunt ante illos scintillamenta verba ista. Et sicut in caelo errantia videmus sidera, quae modo circa solem feruntur directo motu, modo ab eo longe recedunt motu retrogrado; sic sacrae illae Mariae, veluti sidera errantia, modo sepulcrum recto gradu petebant, mox inde retrogrado motu redeuntes, in Hierusalem redibant,***

dicentes: *Tulerunt Dominum de monumento, et nescimus.* Verum quid mirum, si Christum inter mortuos non inveniebant, cum ille ad immortalam, gloriosamque vitam iam resurrexerat? Ibant Christum peranturam, sed aeternus Pater resurrectionis gloria oleo eum perungens, illas praevenerat: *Propterea unxit te Deus oleo laetitiae prae consortibus tuis.* Et sicut (ut ab incepta metaphora non recedamus) luna nullo trepidationis motu agitur, sic B. Virgo per lunam expressa, sole filio in cruce umbra, doloris eclypsi obnubilata, semper immota permansit; nec modicum de filii resurrectione trepidavit, sed constanti fide, firma spe, ignita charitate munita, divinae voluntatis placida admirabatur, et venerabatur: et sicut sol primi mobilis motu ad occidentes ab oriente circumfertur; sic Christus divinae voluntatis motu raptus, quae erat primum mobile, a vitae ortu usque ad mortis occasum, ubi inclinato capite declinavit, mira celeritate Patrum hemisphaerium perlustravit. Solem quem intuemur, quamvis velocissimus sit, compertum tamen est Iosue iubente a motu cessasse, et tempore Ezechiae decem lineas retrogressum fuisse; verum Christus nequaquam a motu cessavit, nec per modicum spatium retroactus est: *Ego autem non contradico, retrosum non abii;* nunquam moventi Patris restitit voluntati, sed clavis venas suas incidit cupiebat, ut statutam a Patre crucis mortem obiret. Unde cum in civitatibus illum apud se demorari deprecabantur, renebat, dicens (Luc. 4.): *Quia alia civitatis oportet me evangelizare;* immo et post resurrectionem etiam id ostendit: etenim inclinata iam die cum discipuli eius rogassent, *mane nobiscum Domine, finxit se longius ire.* Quod si iter tunc non arripuit, veluti coactus id fecit: *Et coegerunt illum;* immo cum apud eos manere decrevisset, manifestationem sui non distulit post coenam, sed in mensa recumbens, antequam quidquam comederet, se illis ostendit in ipsa panis fractione: *Et cognoverunt eum in fractione panis;* vel quia manibus, tanquam cultro frangeret, (ut placet Lyrano); vel quia benedictionem praemittit, ut conserverat, alias cum illis conveniens, (ut placet Vatablo); vel quia panem frangens, manusque detegens, vulnere cicatrice conspexerunt, vel tandem, quia fractum panem (sacram syntaxin intelligo) omnibus communicavit: est enim Scripturae usitatus sermo, ut communionem panis fractionem nuncupet: *Et erant perseverantes in fractione panis.* Patravit Christus, quod diligenti congruit mercatori: hic nunquam immotus, a nudinis ad nudinas progreditur; nunc orientales, nunc occidentales perlustrat plagas; sic Christus, divinus animarum mercator, qui electorum margaritas in Ecclesiae nudinis quaeritabat, de civitate in civitatem gradiebat, et convivio in convivium ibat, etiam peccatorum: *Multi publicani, et peccatores discebant eum lesu,* ut eos lucrificaret, et a Patre sibi datam augeter haereditatem. Videns quod totum hoc ex eo pendere, ut animam in cruce exhalaret (Isa. 53.): *Si posuerit animam suam pro peccato, videbit semen lon-*

gacum, crucem alacriter petit, in qua et lucrum eius, et nostra omnium sita erat salus. Insinuavit hoc David, cum dixit (Psal. 16.): *In sole posuit tabernaculum suum, et ipse tanquam sponsus procedens de thalamo suo.* *Exultavit ut gigas ad currendam viam, a summo caelo egressio eius.* Tabernaculum hoc Christi est humanitas; ubi Verbum aeternum commoratur: *In quo habitat omnis plenitudo divinitatis corporaliter.* Huic tabernaculo insidens velociter, sicut sol in sua quadriga, percurrit. Daemon autem Christo hanc tantam velocitatem invidens, eum a cursu delinere posse falso sibi promittens, tabernaculi huius rotas clavis confixit, pedes, manusque in crucis ligno eas affigens; sed efflicere nequaquam potuit, ut ab incepto desideret itinere: immo sicut qui iter peragat, si equi pedes, ut frequenter assolet, clavis laecerent; vel si curru vehitur, et rota eius confringatur, inde insiliens ulterius progreditur; ita Christus pedibus, manibusque in cruce confixis, susceptum iter non dereliquit, sed maxima velocitate, anima et corporis curru discedente, in sinum Abrahae ad Sanctos illos visendos properavit, qui, ut docet Augustinus (ep. 57. ad Davi.) clare Dei essentiam statim intuitu sunt, atque adeo limbum in caelum, inferos in paradysum, carcere in regias domus convertit. Indeque iustitiae sol locis illis perlustratis ad nostrum iterum ascendit hemisphaerium. Unde sicuti fabulantur Poetae, solem nitido illi Phaetonis curru insidentem loca nostra percurrere; non dissimiliter Christus lucida illa suae humanitatis quadriga tanquam triumphali curru, qui quatuor illis gloriosis dotibus, veluti rotis, impassibilitate, subtilitate, agilitate, claritate evehit, nostrum visitavit hemisphaerium. Et quamvis in primo suo adventu, in quo pauperimus adventabat, a creaturis dona suscepit, *Obtulerunt enim ei Magi Reges verum, thus et myrrham;* in secundo tamen adventu plenis manibus munera elargitur, Patribus limbi in anima essentialium gloriarum impertiens, et quibusdam in corpore etiam: nam dicente Evangelista, *Et multa corpora Sanctorum surrexerunt,* ad immortalem vitam resurrexere tradunt Hieron. (de assum.), Clem. Alex. (lib. 6. hist.), Iustin. Martyr (qu. 85.), D. Thom. (in Matth. cap. 27.), Epiph. (haer. 75.), et quamplures alii. Voluit Dei Filius primo adveniens nostri fieri simillimus, ut dixit Apostolus (ad Hebr. 12.): *Debit per omnia fratribus assumilari;* verum in secundo adventu nos sibi voluit fieri simillimos, ita ut si ipse animam pariter, et corpore caelos ascendit, velit et nos pariter animae, et corporis gloria indutos ascendere. Et sicut solem siderum ingens comitatur copia, quae solis radiis coruscant; sic ascendente Christo, maximus eum comitatur electorum numerus, quos suae gloriae radiis perfundebat, animam, et corpus glorificans, ut in eorum resurrectione, velut in authentica, et fideli copia originalis, resurrectionis Christi veritas clare eluceret. Similes sane sanctos hos patres vendendis illis senibus diudicarem, regis coronatis sertis, palmasque in victoriae signa gestantibus,

quos Ioannes in Apocalypsi vidisse testatur, qui ad Agni pedes procedentes, depositis coronis, eas ab illo recepitse fidebantur. Dominus Gregorius, Aretas, et Andreas Caesariensis existant, adorationem, et confessionem hanc illam horum sanctorum Patrum praesignasse, qui cum Christo resurgentes resurrectionis gloriam Christi meritis tribuebant. Itaque sicut mos apud Romanos inoleverat, ut victores corneas Iovi dicarent, qui iuvans pater interpretatur, ut significarent se Iovis ope, et iuvamine vicisse; sic sacri hi Patres, depositis coronis, Christum venerantur, suae victoriae auctorem profitentur; qui iure optimo iuvans pater appellari debet, cum adiutorium suum nemini denegat. Sed notanda sunt sequentia Apostoli Ioannis verba (Apo. 4.): *Et qui sedebat, similis erat aspectu lapidis isapidis, et sardinis: et iris erat in circuitu sedis similis visioni smaragdinae.* Plin. (lib. 13. capit. 8.), D. Hieron. (in Isai. cap. 94.), Epiph. (lib. 17. de lapid.), Isid. (libro eth. cap. 7) aiunt, isapidem viridissimum esse, simillimumque smaragdo, qui, ut Plinius testatur, oculis gralissimus est: *Nullius quippe (ait) coloris aspectus incundior est illo;* et rationem esse crediderim, quia lapis illa de extremis albu nigroque colore aequaliter participat, mediusque est inter illos. Christus Dominus in primo adventu viridi venerat amictus habitu, duo nempe extrema copulans, candorem scilicet regiae suae naturae, *Candor est lucis aeternae,* et naturae nostrae obscuritatem; medius inde prodiit Christus Deus, et homo, Dei hominumque mediator, qui felici suo adventu nostrae salutis spem certissimam viridi colore praesignatam nobis praebuit. Verum quia in discipulorum cordibus spes haec viva tepescere caeperat: *Nos autem sperabamus,* ac si iam visa dilatione desperassent, indeoque ut iterum revivisceret, eadem induit veste, sed immortalis, et gloriosa apparuit, firmiorem adhuc spem nobis praebens, quod *Similes ei erimus, quia videbimus eum sicuti est.* Firma de eo erat in Pauli pectore spes haec, ut iam sibi in caelestis gloriae throno sedere videretur: *Qui consuecavit, et consedere nos fecit in caelestibus in Christo lesu.* Nonne Paule in lacrymarum valle vitam degis? in spumantibus saeculi undis naufragans, simulantium amicorum insidias sustinens, ad tribunali quasi reus duceris? ter virgibus caesus, semel lapidatus es? quoniam igitur pacto caelestis gloriae consortem, et divino throno insidentem te dicis? Adeo certus erat de sua gloria Paulus, tam firma erat spes, quae ad caelestem gloriam avehabat, ut de ea tanquam possessa iam loqueretur: et ideo non dixit, qui considere nos faciet, *sed considere nos fecit.* Addit praeterea Ioannes iridem, seu arcum Christum circumdantem, quem constabat serenitatis symbolum esse, et tranquillitatis indicium. Antea imber, ignis, turbines, ac tempestates Deum cingebant: *Ignis in circuitu eius, tempestas valida;* nunc autem iride cingitur, pacis nuncia, quae reconciliationis, et remissionis spem portendit. Cum etiam Ioannes eodem loco ait, vultum sardini simi-

lem, qui coloris est ignei, ut docent Epiphanius, et Plinius, ardentem Christi charitatem significat, cuius etsi primo adventu in carne mortali degens, manifestissima indicia dederit, nunc etiam gloriosus alia exhibere non cessat, clausis ianuis domum eorum ingrediens, sicut virtutem in eo etiam superans, quod ille clausis ianuis, nisi rimula pateant, ingredi non potest; at Christi virtus, et corporis eius subtilitas, obsertatis etiam portis, domum penetrat, ut sui luminis radios in omnes diffundat. Diffidat certe illos copiose adeo in discipulos, ut eorum incredulitatem in firmisimam fidem converteret, Thoma omnium incredulissimo dicente: *Dominus meus, et Deus meus.* Cui sit honor, et gloria in saecula saeculorum. Amen.

HOMILIA OCTAVA.

Quod beatissima Virgo prima fuerit, cui Christus Dominus post resurrectionem gloriosus apparuerit, ac de singulari laetitia, quam tunc percepit.

Adeo plana sunt Marci Evangelistae verba, quibus testari viderit, Magdalene primam omnium post resurrectionem apparuisse Dominum: *Apparuit, inquit (Mar. ult.) primo Magdalene, de qua eiecerat septem daemonia;* ut antequam propositum aggrediar argumentum, congruum, immo et necessarium huic difficultati occurrere mihi videatur. Divus Anselmus (de exc. Virg.) existimat, ex iis, de quibus poterat dubitari, cuiam primo Christus apparuerit, Magdalenam fuisse, cui primo visus fuerit, et de ea loqui Evangelium. Verum de beata Virgine, quia Mater erat, dubitari minime poterat, superfluumque Evangelistae fuisse de hoc agere: hominibus enim intellectu praeditis loquebatur, alioquin audiret: *Adhuc et vos sine intellectu estis?* Rupertus putat ex testibus praeroditatis a Deo ad Christi resurrectionem contestandam, primam omnium Magdalenam extitisse; verum inter testes omni exceptione maiores Mater non connumeratur, ut constat ex lege, videamus. ff. de in leg. Jul. admitt. ubi cautum est, matrem pro filio nunquam posse testimonium perhibere. Adidit Rupertus (in super hunc locum) rem tanto virgo dignam: quod licet de hoc non meminerit Evangelistae, sufficiens inde contra nostram assertionem non desumatur argumentum: alioquin dicendum consequenter esset, nunquam Matri apparuisse, quia nullus Evangelistarum hoc scripsit: *Quod si dicere (inquit Rupertus) eorum non videtur, quis nullus Evangelistarum scriptis hoc attestatur, consequens est, quod nunquam post resurrectionem suam visus sit Matri, quia, quando, vel ubi apparuerit illi, nullus eorum dixit.* Verum quamvis hac responsione difficultati factum videatur satis, aliam tamen in medium

afferam, fonsitam non ingratam; eaque est, quod sicut filius maternam domum repetens, plagis Indiciis perustratis, si postea primo mane familiarem adierit suum, iure optimo dicereceremus, illum primo visitasse: quod enim matrem antea viderit, hoc visitasse non est, sed propriam domum ad habitandum intrasse. Hoc Christo accidit: quamvis enim primo viderit Matrem, primo tamen dicitur Magdalenam visitasse; et hoc est, quod Evangelista testatur: *Apparuit primo Magdalenae*. Nunc ergo, quia Evangelistae testimonio non impedimur, facili hoc nobis possumus negotio suadere. Primo, quia in libro Iudicium graphice praefiguratum hoc videtur: ibi enim sacrum testatur eloquium, Samsonem, cum in ore leonis dulcem mellis favum adinvenerisset, primo matri impertuisse: *Veniensque ad matrem, dedit partem*. Sic fortissimum Samson Christus, cum primum favum mellis, sui nempe corporis gloriam, resurgens invenit, qualem a leonis mortis faucibus abstraxerat, (mors enim Dominum gloria coronavit, testante Apostolo (ad Heb. 2.): *Vidimus Iesum propter passionem suam gloria, et honore coronatum*), statim ante omnes alios gustandum illum praebuit Matri. Et quamvis apertis verbis hoc Evangelistae non testetur, clare tamen ex illorum verbis colligimus: Angelus enim dixit mulieribus, *surrexit, non est hic*. Videamus ubinam Dominus possit commemorari. Non est cum mulieribus sepulcro astantibus: non est cum Magdalena, haec enim maximo animi ardore illum inquit in horto; non est apud Petrum, neque Apostolos: hi enim post mulieres adire sepulcrum Dominum inquisiverit: ubinam igitur locorum erit, nisi apud Matrem? cui poterat Dominus Davidica verba proferre (*Psal. 86*): *Adhaereat lingua mea faucibus meis, si non proprosero te in principio laetitiae meae*. Angeli etiam mulieribus praecerperunt, ut Christi resurrectionem notam facerent, nec tamen dixerunt, *Ita, et dicite discipulis, et Matri, sed discipulis, et Petro*: noverant enim hoc non latero Matrem: ipsi enim primo Filius apparuerat. Immo antequam hoc mulieribus contingeret, existimo B. Virgini Christi resurrectionem revelatum fuisse; tum quia (ut refert B. Vincentius Forerius (in pascha. serm. 1.), D. Greg. Papae revelatum fuit, Angelum Gabrielem, qui ante Incarnationem venturum Deum Virgini nuntiavit illis verbis *Ave gratia plena, post resurrectionem Virginem salutasse verbis illis, quae nunc canit Ecclesia: Regina caeli lactare etc.* Tum quia cum collegisset beata Virgo (quod probabile crediderim, mos enim hic apud fideles erga Martyres illis temporibus inoleverat) guttas sacratissimi sanguinis, quas e cruce Christus effuderat, ex quibus forte super vestes etiam beatissimae Virginis ceciderant: adstabat enim cruce. *Stabat iuxta crucem Maria mater Iesu* cum vidisset sanguinem in vestibus non apparere (docent enim omnes Theologi Christum Dominum in resurrectione effusum sanguinem reassumpsisse) plane Filii resurrectionem cognovit. Non

desunt sanctorum Patrum testimonia ad rem nostram confirmandam: S. Ambrosius (*de Virgini*). *haec habet: Vidit Maria resurrectionem Domini, et primo vidit, et credidit: et S. Bern. (serm. de resur.): Prima vidit Dominum in forma gloriosa, et non ad confirmationem dubii, sed ad consolationem gaudii: et unde et Evangelistae eam non recensent. Rupertus: Gestit christiana devotio perpendere, quantus torrens gaudii repente inundans animam eius ferro doloris confossum inebriari, cum rediens Filius illi ante omnes mortales, maternum Virginum non defraudans honore, victoriam suam annuntiavit. Nicephorus Callis. (lib. 1. His. Eccl. c. 32.) primum quidem ait a Matre, et reliquis conspectus est mulieribus, deinde a dilectis Discipulis. Sodusius (ho. de Christi apparit.):*

*Semper Virgo manens huius se visibus adstantis
Luce patam Dominus prius obtulit, ut bona mater.*

Sancta etiam Birgitta refert dixisse Virginem: *Mihi apparuit Filius meus, priusquam aliis, quameis hoc non sit scriptum*. Atque ad hoc denotandum primus post Pascha stationum dies fidelibus inducitur a Romana Ecclesia, quae caput est omnium Ecclesiarum, in templo divae Mariae, quae dicitur Mater. Tandem S. Antonius: *Credidit, inquit, licet in Evangelio non habetur, quod ante omnes primo apparuit Mariae matri suae, ut quae plus omnibus doluit, citius et magis consolaretur; et quia plus haec meruit, cum omnibus aliis deficientibus, in fide firma fuerit: et haec est causa, quare non vixit ad monumentum*. His Antonii verbis iniixi, non incongruas huius rei rationes in medium proferre possumus: gloriosa namque Christi visio proprium est fidei praeconium, dicente Scriptura (*Sapient. 1*): *Apparet illis, qui fidem habent in illum*. Virgo fuerat immobilis in fide columna, et prima, quae resurrectionem crediderat; congruum ergo erat, ut ei Christus primo appareret. Quod si comperit est, amorem amatorem ad amatum attrahere, dicente Ioanne (*Ioan. 14*): *Qui diligit me, diligetur a Patre meo, et ego illigam eum, et manserit iuxta eum*; cum Virgini dilectio superaret, iure optimo omnibus fuit praeferenda, eique primo Christus debuit apparere. Quod si Spiritus sanctus praecipit (*Eccl. 7*): *Honora patrem tuum, et genitum matris tuae ne obliviscaris*; et Dominum honorandos parentes praecipit: *Honora patrem, et matrem tuam, ut sis longuicus super terram*; quis aubiget ante omnes Matri filium visum, cum illic matris genitus, hinc filius iura compellerent? Et si de Tobia divinum testatur eloquium, quod roganti, ut plares, quam parentes eius decreverant dies, in peregrinatione demoraretur, ipse ob maximum qua eos dilectione prosequeretur, respondit: *Ego novi, quod pater meus, et mater mea modo dies computant, et cruciatur spiritus eorum*

inipsis; qui fieri potest, ut in hoc Christi dilectio defecerit, aut minus fervens, quam illa Tobiae ergo parentes suos fuerit? Cum etiam beatissima Virgo prima fuerit, quae Christum passibili indutum carne conspexerat, iure optimo prima omnium immortalis praecium gloriæ conspiciere debuit. Verum crucelatis insipientiam, quoniam pacto manifestatio haec Filii Matri contigerit. Divinis vacabat B. Virgo colloquio, ut pie contemplari licet, clamabat: *Exurge psalterium, et citara: exurge, Domine, tu, et arca sanctificationis tuae*; verba matris Sisarae proferbat: *Cur moratur regredi cursus eius? Cur non conspiciendum adest gloriosum corpus Filii mei, triumphali curru, quatuor gloriae dotibus veclum? Forsitan dividit spolia, et pulcherrima feminarum eligitur ei*. Forsitan parta victoria laetabundum hostium spoliis potitur, eaque inter amicos dividit. Sicque res se habebat in Christo: gloriam enim Patribus et Limbo eritis largiebatur. Forsitan de eligenda sponsa agit; nec in hoc a veritatis scopo aberrabat; etenim de unieuda sacro corpori anima, et de coniungenda sibi coniugio Ecclesia agebat, cui antea fidem manibus in cruce extensis praebuerat. Enimvero si de Tobiae matre Scriptura commemorat, quod tanto filii adventus desiderio flagrabat, ut quotidianum solum possedat, utrum ventientem filium possedat aspicere, diligenter adverteret, quotidie exiliens sursum aspicebat, et circumbat vias omnes, per quas spes remeandi videbatur, immo et montis cacumina conspicebat: *Anna autem sedebat quotidie super columen montis, unde respicere poterat de longinquo*; quis non credat desiderium hoc ferventium in B. Virgini pectore aestuasse? montemque contemplationis altissimum conspexisse, illaque, utrum adventum Filium, oculorum aciem direxisset? Etenim nullum B. Virgini nuncium gratius ac iucundius defert potuisset, quam Filium resurrexisset gloriosum. Narrat Plutarchus (*lib. 4. apoph.*) cum quadam die moerore conficeretur Alexander Magnus, militem ad eum pervenisse clamantem, Bonum nuncium tibi affero, invictissime Imperator; Alexandrumque respondisse: *Quid mihi boni vir magne nunciabis, nisi nuncies Homerum revivisse?* Sic dixerim: si quis Virgini resurgente Christo dixisset, bonum nuncium tibi affero, sacratissima Maria; responsuram Virgini: *Quid mihi boni vir magne nunciabis, nisi nuncies Iesum revivisse?* Hoc inquit B. Vincentius Ferrer, Gabrielem B. virgini nunciasset, ut supra diximus, et D. Gregorio id revelatum fuisse. Enimvero sicut post Angelicum nuncium Christus adfuit thalamo virginali: sic in resurrectione post Angeli adventum, Christi resurrectionem Virgini praedicens, mox Christus ipse manifestus ei apparuit; et B. Virgo dilectum suum intuitu est Filium, sicut Ioannes in Apocalypsi depingit: testatur enim Christus album prementem equum apparuisse, caput corona redimitum, arcumque gestantem: *Eccce equus albus, et qui sedebat super illum, habebat arcum, et*

data est ei corona, et exivit vincens, ut vinceret. Tempore passionis viderat beata Virgo Filium super equum purpureum, sacroque sui corporis sanguine eruentum: verum in resurrectione super equum candidum immaculatæ humanitatis, pretiosis gloriae dotibus distinctum conspicit, tanquam invictum dicem caeli, terraeque principem, aurea corona redimitum, arcum in manibus, victoriae insignem, quam ex inferno, daemone, et morte reportaverat, gestantem: et ut significaret B. Apostolus Ioannes haec Christi virgini posse etiam non victis hostibus coronari, addidit: *Exivit vincens, ut vinceret, scilicet in nobis*. In hac prima apparitione secum duxit, ni fallor, Christus Dominus Patres illos, quos ex inferis eduxerat; quibus sano praesilit, quod Assuerus fecerat, qui post soleum convivium, quod sui regni magnitudinem apposerat, voluit convivae dividit. Sicque res se habebat in Christo: gloriam enim Patribus et Limbo eritis largiebatur. Forsitan de eligenda sponsa agit; nec in hoc a veritatis scopo aberrabat; etenim de unieuda sacro corpori anima, et de coniungenda sibi coniugio Ecclesia agebat, cui antea fidem manibus in cruce extensis praebuerat. Enimvero si de Tobiae matre Scriptura commemorat, quod tanto filii adventus desiderio flagrabat, ut quotidianum solum possedat, utrum ventientem filium possedat aspicere, diligenter adverteret, quotidie exiliens sursum aspicebat, et circumbat vias omnes, per quas spes remeandi videbatur, immo et montis cacumina conspicebat: *Anna autem sedebat quotidie super columen montis, unde respicere poterat de longinquo*; quis non credat desiderium hoc ferventium in B. Virgini pectore aestuasse? montemque contemplationis altissimum conspexisse, illaque, utrum adventum Filium, oculorum aciem direxisset? Etenim nullum B. Virgini nuncium gratius ac iucundius defert potuisset, quam Filium resurrexisset gloriosum. Narrat Plutarchus (*lib. 4. apoph.*) cum quadam die moerore conficeretur Alexander Magnus, militem ad eum pervenisse clamantem, Bonum nuncium tibi affero, invictissime Imperator; Alexandrumque respondisse: *Quid mihi boni vir magne nunciabis, nisi nuncies Homerum revivisse?* Sic dixerim: si quis Virgini resurgente Christo dixisset, bonum nuncium tibi affero, sacratissima Maria; responsuram Virgini: *Quid mihi boni vir magne nunciabis, nisi nuncies Iesum revivisse?* Hoc inquit B. Vincentius Ferrer, Gabrielem B. virgini nunciasset, ut supra diximus, et D. Gregorio id revelatum fuisse. Enimvero sicut post Angelicum nuncium Christus adfuit thalamo virginali: sic in resurrectione post Angeli adventum, Christi resurrectionem Virgini praedicens, mox Christus ipse manifestus ei apparuit; et B. Virgo dilectum suum intuitu est Filium, sicut Ioannes in Apocalypsi depingit: testatur enim Christus album prementem equum apparuisse, caput corona redimitum, arcumque gestantem: *Eccce equus albus, et qui sedebat super illum, habebat arcum, et*

no foveretur: tristitia enim e corde abscedebat, et laetitia locus daretur. Reluctabat Virginitas anima inter gaudii, et moeroris affectus: tristitia mortis recedebat, gaudium resurrectionis intrabat: defecisset sane in tanto conflictu Virgo sanctissima, nisi Filius spei alti providentia huiusmodi effectum colubisset.

HOMILIA NONA.

Quam mirifice Christi Domini resurrectionis spem erigat, ac fiduciam praebeat, multis sacrarum voluminum monumentis egregie illustratis stabilitur.

Angelicus Doctor, quod et prius docerent Philosophus, ait, praestantissimum in unoquoque genere causam existere ceterorum, quae sub illo continentur: sicut inter luminosa corpora sol, qui est excellentissimum mundi lumen, causa lucis est: in diaphanis ignis, qui inter calida calidissimus, causa est caloris ab unoquoque participati. Hinc est, quod sicut inter omnes ad immortalitatem vitam resurgentes Christus obtinet principatum, eo quod propria virtute seipsum a mortuis excitaverit, ipse etiam causa sit resurrectionis nostrae, non meritoria tantum, et efficiens, ut testatur ipse, *Ego resuscitabo eum in novissimo die*: sed et exemplaris, Apostolo id testificante: *Reformabit corpus humilitatis nostrae figuratum corpori claritatis suae: et ibidem [ad Phil. 3]: Sicut portavimus imaginem terrenitatis, sic et portabimus imaginem caelestis*. Figurae, et imaginis vox, qua D. Paulus utitur, apte explicat Christi Domini resurrectionem nostrae exemplarem causam extitisse, ideoque dixit Ambrosius: *Prior surrexit, ut forma fieret credentibus sibi*. Sed quavis quis dicere possit, Deum in suis operibus perfecte exercendis nullo indigere exemplari, et consequenter resurrectionem Christi exemplarem causam non esse; respondet egregie D. Thomas (2. 1. q. 56. ar. 1. ad 3.) his verbis: *Exemplar necessarium non est ex parte resuscitantis, sed ex parte resuscitatorum, quos oportet illi resurrectioni conformari*. Itaque ex Christi resurrectione resurrectio nostra deducitur, ut recte sit illatio illa Apostoli, si *Christus resurrexit, et nos resurgemus*. Hoc tantum intercedi discernimus inter Christi resurrectionem, et nostram, quod fons vitae, qui in Christo est, *Apud te est fons vitae*, immediate sacrae eius humanitatis communicatur, indeque ad nos derivatur, quod et docuit etiam Sanct. Thom. dicens: *Habet hoc loco naturalis ordo, ut quae libet causa operetur in id, quod est sibi propinquius, deinde mediante illo in remotius: ut videre est in igne calorem suum in partes proximas inducente, et his mediis in remotas*

Immo Deus ipse, ut docet Dionysius (*de caelest. hierare. capite tertio*), immediate supremum Seraphim illuminat, eoque medio proportionaliter reliquias hierarchias; sic divinum Verbum, quod est vita ipsa per essentiam, Christi humanitati sibi proxime, ut ipse hy-staticae unitae, vitam communicat, eaque mediante, omnibus quos ad aeternam gloriam destinavit: hoc voluit Apostolus (2. Cor. 4.) verbis illis: *Si spiritus eius, qui suscitavit Iesum a mortuis, suscitabit mortalia corpora vestra*. Ex his Pauli verbis clare inferitur, quod cum suscitavit Christus causa sit exemplaris resurrectionis nostrae, et Deus, qui ipsum suscitavit, nos etiam suscitaturus sit, Christi resurrectio praecipuum est fundamentum, cui spes nostrae resurrectionis ad suae resurrectionis imaginem innititur. Noverat hoc David, ideoque clamabat (*Psal. 129.*): *A custodia matutina usque ad noctem speret Israel in Domino*. Describuntur hic sepulchri custodes, quos ad Christum custodiendum adhibuere Iudaei, ut voluit Augustinus (*in Psal. 129.*) hoc explicans: *Quid ergo, fratres putatis hoc esse: A vigilia matutina usque ad noctem speravit anima mea in Domino? quia Dominus, per quem nobis dimissa sunt peccata, in vigilia matutina resurrexit a mortuis, ut hoc speremus in nobis futurum, quod praecessit in Domino; additque praeterea: Quodammodo hoc nobis dixit Dominus: quod in me vidistis, sperate in vobis, id est, quia erit resurrectio resurgentis, et vos resurgitis. Sed sunt, qui dicunt, etsi resurrexit Dominus, nunquid propterea sperandum est, et me posse resurgere? utique propterea. Igitur iuxta Augustini sententiam idem est, A custodia matutina usque ad noctem, ac si dixisset: ex eo tempore, quo custodes Christi sepulchrum custodierunt, spes nostra coepit resurgendi, et usque ad mortis noctem perseverabit; Usque moriamur, ut dixit Augustinus (loco citato), vel ut explicat Gregorius: Usque ad finem mundi noctis voce denotatum, quae dici finis est: et rationem subdit: *Brevis vivis diei expectatio. Sed recurrendum est ad titulum Psalmi, qui habetur pro assumptione matutina, scilicet pro resurrectione facta mane, ubi alia translatio habet: A vigilia matutina: nam qui dormit in morte, vigilat in resurrectione. Brevis equidem esset David spes, si mane incipiens nocte desineret; atque ideo ait Gregorius ad psalmi titulum recurrendum, Pro assumptione matutina, quae matutinam resurrectionem designat: unde testatur David nostram spem incepisse. Cum enim a nostro capite coeperit resurrectio, certum est per universa membra diffundendam. Scribit Pierius de crescentibus inundantis Nili aquis, pisces quosdam inveniri, quos aquae humiditas generare inchoaverat, formata habentes capita vitali motu vigentia, nullam tamen in reliquo corporis, quod terrenum adhuc erat, vitam signum apparere: hinc corneret est, naturam opus suum inchoasse, nondum tamen perfecisse. Hoc in Christi resurrectione videre est: coepit in nostro capite resurrectio, sed mysticum**

electorum corpus terreum adhuc est, nec immortalis vitae influxus participat, sed influere non desinet: opus enim hoc paulatim perficitur, atque is, qui incepit, non desistet, donec surgenti Christo illud assimilaverit, ut in simili ait Paulus: *Donec formetur Christus in nobis*: a Christo enim, qui primogenitus est mortuorum, nos qui ad immortalitatem vitam resurrecturi sumus, velut minores germani immortalitatis, gloriae, alimentae inquirimus, freti spe firma, quam Christi resurrectio nobis tribuit. De hoc locutum Oseam crediderim, cum de Christo aiebat: *Ero quasi ros, Israel germinabit sicut liliium*. Resurgens Dominus rori comparatur: sicut enim rore terra foecundatur, et plantae vel siccae virescunt; sic eo resurgente veluti caelestis rore terra electorum cadavera morte arefacta foecundantur, et candentia lilia reviviscunt. Sed cur liliis similitudine, et non alterius floris Propheta utitur? Rationem existimaverim, quia quamvis quilibet flos spei sit symbolum, cum hi futurus fructus praesagiant, liliium tamen praecipue inter flores id designat, quamvis fructus non proferat. Unde cernimus Francos in suis liliis haec habere (*Spes Augusta*) quod ex Alexandro Pio Romano Imperatore desumpsisse videntur, qui in numismate dextram lilia effundentem incidebat, scriptationemque haec adhibebat, *Spes publica*. Novimus et Poetam, ut significaret maximas spei, indolisque virum esse, dixisse lilia effundenda:

Manibus date lilia plena.

Rationem autem huius eam esse reor, quod unicum liliium inter flores e materna radice excerptum sulca explicat, et sic viget, ac si evulsus non fuisset: ita resurrecturos electos ait Oseas: illis enim mortuis viget adhuc in anima spes resurgendi, cumque ad nihilum eos redactos mundos existimant, maxima in eis gloria, maximus fulgor elucebit. Huc Isaias respexit, cum ait: *Mane semen tuum florebit*: quae verba adducens Incognitus, illud psalmi explicans: *Ad vesperum demorabitur fletus, et ad matutinum laetitia*, ait: *Quid enim semen, nisi corpus, quod seminaliter generatur, quod quidem mane florebit, quia mane resurget? sicut enim Christi resurrectio mane accidit, sic etiam eodem tempore nostra erit haec spes. Iob dum maximis detineretur angustiis consolabatur, et in carne mea (aiebat) video Deum Salvatorem meum, quem visurus sum ego ipse, et non alius. Reposita est haec spes mea in sinu meo*. Verum quia antiqui Philosophi, et quamplures haereticorum catholicam fidem qua resurrectionem credimus, irrident; catholicae veritatis praecipua fundamenta mihi afferenda sunt. Nonnulli ita contra nostram fidem insaniant, ut impossibilem resurrectionem instanter assererent, hoc referente Luca, et Matthaeo. In hunc errorem lapsus etiam est Porphyrius, ut adnotavit Augustinus (*lib. 12. de civi. Dei ca. 25.*); lapsus Plinius, ut colligitur, ex cap. 2. et 7. suae historiae; Flaccus

vius etiam referente Tertulliano (*libro de praescript. haeret. ca. 7.*); additque hoc fuisse commune Philosophorum placitum: *Ut carnis restituito negetur, de una omnium Philosophorum schola sumitur*. Sed revera communis non fuit omnium haec sententia. Etenim Epiphanius Graecus admiratur Philosophos, qui patrum resurrectionibus fidem adhibentes, resurrectioni, quam fides credendam nobis proponit, denegabant: Porro (inquit) *admiratio animum meum subit de incredulorum Graecorum, atque aliorum barbarorum decepta per omnia mentis, quod in fabulis suis non veretur resurrectionem omnium declarare, et de resurrectione saepe canera, et ut fabula ipsorum describunt. Alcestem quidem Peliae filium mortuum esse propter virum suum Admetum, et propter Herculeum: post triduum vero resurrexisse, et ex adytis educatum esse; Pelopem vero Pantalium, ubi carnes ipsius distributae essent a proprio patre, et Amphiarao, falso appellatis ipsorum Deis; et Encelus ab Aesculapio resuscitatum est; et Castor per Pollucem fratrem suum, qui ultra ipsi vitam aeternam diebus alternare voluit, et Protosilium propter Laodiam. Sed ut Sisyphum, et Tantulum, et Caucasii filios, quos Erinnyas coeverunt, et una cum his Tyresiam ad Tartarum detrusus esse tradunt, atque illic poenas dare: illum quidem per saevam, hunc per rotam, et alios aliter supplicio affectos esse, et ad huc in supplicio esse, velut quoniam ad interitum sint redacti, licet sint in corporibus. Si enim corpora non haberent, quomodo sub petram, et rotam supplicii traherentur? Sed hanc opinionem sequuti fuerunt Philosophi, nec nec S. Augustinus (*serm. 91. de verbis Apost.*) manifeste infidelis sic ro-darguit: *Te appello, quicumque infideli animo de resurrectione dubitas, et putas non posse mortuos resuscitari. Quid est amplius, ex nihilo homines facere, qui vivunt, an eos, qui facti sunt, et vixerunt reparare post mortem? Utique plus est facere, quod nunquam fuit, quam reparare, quod fuerit. Quomodo ergo impossibile esse dicis, ut Deus, qui hominem formavit ex nihilo, reformet? Quomodo nos suscitare non potest conversos in pulverem, qui etsi in nihilum redierimus, facere poterat ut essemus? Itac etiam ratione, quia potissima est, utuntur Cyrillus Hierosolymitanus (*cat. 4. et 18.*), D. Gregorius (*hom. 16. super Eeang.*), pluresque alias addunt Ambrosius, Tertullianus, Athenagoras, Basilium (*homil. 8.*), Theophilus Antiochenus (*lib. 1. contra Christ. relig. calum.*), D. Thomas (*4. in Gen. c. 29.*). Sed Gentilium reiectis Philosophis, quam plures etiam Haereticorum corporum resurrectionem negarunt, Irenaeus (*lib. 1. c. 23.*) inter hos recenset Simonem Magum, Cerdonem, Marcionem, Basilidem, Apellem, et Valentinum, quos etiam commemorat Epiphanius (*haer. 64.*), et Tertullianus (*de resurrect. lib. 5. contra Marcio.*); Hoc etiam, et Philetum et Hymenaeum voluisse credendum est, quos arguit Apostolus (*ad Timot. 2.*): *Exciderunt, inquit, dicentes resurrectionem esse iam factam*;**

quod sic explicat Epiphanius (haer. 40.): Resurrectionem iam factam esse dicunt per liberos genitos, ab unoquoque generante. Quo etiam modo Ambrosius, et Theodoretus (super epistolam ad Timotheum exponunt. Ad hunc errorem labefaciendum adversus haereticos, praecipua sacri eloquii testimonia adducimus, inter quae primo loco profero illud (Matth. 22.): De resurrectione mortuorum non legis, quod dictum est a Deo, dicente vobis: Ego sum Deus Abraham, Deus Isaac, et Deus Iacob? Quod perinde fuit ac si diceret: Cum Deus hos patres habuerit tanquam claros amicos, et fidelissimos servos, non patietur eos sine remuneratione abire. Unde cum illi animam simul et corpore, non anima solum Deo servierint, consequens illud est, ut etiam corpori praemia rependantur, eosque ad immortalitatem deducat gloriam. Sic Hieronymus, et Anselmus exposuerunt cum D. Thoma. Veritatem tamen hanc clarioribus verbis praedixit Ezechiel: *Faticinara, ecce ego aperiam tumulos vestros, et educam vos de sepulcris vestris, et inducam vos in terram Israel, et scietis, quia ego Dominus cum aperuero sepulcra vestra, et educero de tumulis vestris* exponunt haec de resurrectione Augustinus (de doctr. Christ. c. 34.), Cyrillus Hierosolym. (cont. 18.), Cyprianus (lib. 3. ad Quirinum), Tertullianus (de resurr. c. 29.), Daniel etiam resurrectionem manifeste vaticinatus est dicens: *Muli de iis, qui dormiunt, in terrae pulvere evigilabunt, alii in vitam aeternam, et alii in opprobrium*. S. Hieronymus (super Ezechiel. 37.) vocat hoc testimonium robustum ad resurrectionis veritatem comprobendam, sed aequo robustum est illud Isaias: *Fideltis, et gaudebit cor vestrum, et ossa vestra quasi herba germinabunt, et cognoscetur manus Domini*. Quamplura alia ad hoc idem testimonia suppetunt, (ut 2. Machab. 7. Job. 14. et 19. Io. 5. 6. et 11. et 1. Cor. 15. ad Rom. 8. et 7. et 1. Thessal. 4. Act. 24. Apoc. 20.) Libenter alia praetereo consules brevitati. Unicum referam variis expositionibus illustratum, quod difficillimum est explicatu. Paulus (1. Cor. 15.) ait: *Alioquin quid faciunt, qui baptizantur pro mortuis, si mortui non resurgunt, ut quid baptizantur pro illis?* Chrysostomus supponit in primitiva Ecclesia neminem baptizari, nisi carnis baptismate tergendae, resurrectionem sperarent: *Hoc, inquit, vocat Paulus baptizari pro mortuis: atque vanum fore baptismum si de carnis resurrectione desperarent*. Divus Thomas idem ait esse baptizari pro mortuis, ac pro peccatis, quae mortuis sunt opera. Epiphanius (haer. 28.) existimat sermonem esse de iis, qui mortis tempore baptizantur, quos vocat mortuos, quia mortui sunt proximi. Ambrosius ait, olim haereticis inolevisse, quae crederet defunctos vita homines, si morbo praeventi baptismum delergeri non potuissent, posse baptismatis gratia adiuvari, si quis pro eis vivus baptismum susciperet. Atque hinc colligit Apostolus, cum pro mortuis baptizarentur, de resurrectione non ambigere, Theodoretus alia incedit via: ait

enim: *Qui baptizatur, Domino consopelitur, ut cum mortis fuerit particeps, sit etiam particeps resurrectionis; si autem corpus non resurgit, cur etiam baptizatur?* Ait igitur Theodoretus loquutum Apostolum de baptismate Christianorum, quod Christi sepulchri figuram nuncupavit: *Consopelitur enim estis cum Christo per baptismum: et quia qui baptizatur, mortuum praesertit, ideo Paulus ipsum baptizari, sepeliri pro mortuis, nuncupavit*. Nonnulli etiam credidero Iudaeos ad cadaverum contactum polloi, quibus et baptismatis aqua praecipuebat Dominus abluvi, ut ab illa legali macula emundarentur, atque id vocasse Apostolum baptizari pro mortuis: nam sicut apud Ecclesiasticum (cap. 30.) ille dicitur baptizari a mortuo, qui se lavat, ut abstergat maculam, propter contactum corporis mortui contractam; proportionaliter merito ille dicitur baptizari pro mortuo, qui propter sepeliendum corpus mortuum legale maculam contraxerat, et ad illam delendam laustrari aliqua lotionem utebatur. Respicens ergo D. Paulus ad curam, et sollicitudinem, quam in sepeliendis mortuorum corporibus Hebraei adhibebant, inde eliciebat, futuram esse resurrectionem mortuorum; alioquin vana fuisset pia illa, ac religiosa corpora sepeliendi mortuorum cura.

Doctissimus tenens aliam singularem adhibuit expositionem: ait enim baptizari pro mortuis idem esse quod baptizari eruento sanguinis baptismum, mortem subeundo in defensionem nemi catholicae veritatis, resurrectionem mortuorum docentis, iuxta illud Pauli (Act. 24.): *Quantum de resurrectione mortuorum ego iudicor hodie a vobis*. Colligebat ergo D. Paulus iuxta hanc interpretationem mortuorum resurrectionem ex laboribus, atrocissimisque tormentis, quae libentissimo animo martyres sustinebant. Tandem non minus ingeniosam, ac subtilem existimaverim expositionem aliam, quam sequuntur S. Ephrem, Hago, Dionysius, et Petrus Cluniacensis: hi enim asserunt, D. Paulum hoc loco non loqui de baptismum aquae, aut sanguinis, sed de baptismum poenitentiae, qualis est ille, quo quis mundatur, et purificatur per opera poenalia, et satisfactoria; unde aiunt, baptizari pro mortuis, idem prorsus est, quod opera poenalia, et satisfactoria Deo offerre in compensationem poenitentiae, quas mortui pro commissis delictis exolvere debent: quod sane omnino vanum, et futile esset, si mortuorum resurrectio futura non foret, iuxta illud (2 Mac. 12.) *Misit Hierosolymam offerri pro peccato sacrificium, bene, et religiose de resurrectione cogitans*. Nisi enim eos qui ceciderant, resurrecturos speraret, superfluum videretur, et vanum orare pro mortuis, et hi apponere placet egregia verba magni Gregorii (lib. 14. Mora. cap. 38.): *Qui resurrectionis fidem ex obedientia non tenent, certe hanc tenere ex ratione debuerunt*. Iustitiae enim ratio, et aequitatis ius mortuorum resurrectionem iure optimo sibi vindicant, ut sicut corpus in consortio animae in vinea Domini laboravit, laboris praemium in consortio eius reportet. Quod

neutiquam fieri possit, nisi corruptibilia haec nostra corpora incorruptionem, et immortalitatem per resurrectionem induant.

HOMILIA DECIMA

Christi Domini resurrectionem in carne exemplar esse, ad cuius normam spiritualis nostra resurrectio fieri debet, multiplex eruditione disseritur.

Christi Domini resurrectio non corporalis tantum hominum resurrectionis exemplar est, ut supra disseruimus, sed spiritualis etiam, ut docet Apostolus (ad Rom. 4.): *Traditus est propter delicta nostra, et resurrexit propter iustificationem nostram*. Duplicem distinguit Apostolus in peccatorum iustificatione terminum. Is enim motu quodam a termino, a quo, nempe peccati exclusione, ad terminum, ad quem, gratiae videlicet introductionem, movetur: primum tribuit morti, alterum Christi resurrectioni: non quod utraque, immo quaelibet sigillatim considerata, et quoad moralem efficientiam, utrumque non effecerit, sed ob diversa, quae unaquaeque illarum denotat. Quod egregie observavit glossa, Pauli verba exponens: *Mors, et resurrectio Christi in nobis efficiendo sunt idem, sed significando sunt diversa: quia mors signat ut moriamur veteri vitae; resurrectio, ut in novitate vitae ambulemus: ac si diceret, quamvis in iustificatione pariter fuerint efficientiae, in ratione tamen exemplaris maximum intercedit discrimen: mors enim exemplar est, quo peccatis, antea vitam detestantes, moriamur; resurrectio formam praescribit, quae ad novam gratiae vitam resurgere debemus*. Exposit hoc D. Thomas (3. p. q. 56. ar. 2. ad 2.) his verbis: *In iustificatione animarum duo concurrunt, remissio culpae, et novitas vitae*. Quantum ergo ad efficientem, quae est per naturam divinam, tam passio Christi, quam resurrectio est causa iustificationis quoad utrumque; sed quantum ad exemplaritatem, proprie passio, et mors Christi est causa remissionis culpae, per quam morimur peccato; resurrectio autem Christi est causa novitatis vitae, quae est per gratiam sive iustitiam: et ideo Apostolus dicit: *traditus est propter delicta nostra, et resurrexit propter iustificationem nostram*. Cum igitur Christi resurrectio exemplaris causa sit; inspicimus, quancumque debeat imitari, qui spirituali animae resurrectione ad iustificationis vitam cupit revocari, et quoniam facto peccatorum iustificatio resurrectioni similis sit. Primum est; sicut Christi resurrectio omnipotentis Dei dexterae opus fuit, qui solus a privatione ad habitum, regressum lapit; sic anima totis eliam naturae viribus abierit, omnes idolatrando radietibus occasiones abstulit, idolorum artifices relegavit, nemus

vitam ascendere; quod contra Pelagium Tridentinum Concilium definitivè, his verbis: *Si quis dixerit hominem sui operibus, quae vel per humanae naturae, vel per legis doctrinam sunt, absque divina per Iesum Christum gratia posse iustificari coram Deo, anathema sit*. Ideo mortificam culpam feracem compararem, quam Faber ferrarius tali arte confectit, ut si ostium claudat, clave exteriori remanente, qui in cubiculo est, nulla ratione valeat adspere; ita cum peccator in mortificam culpam labitur, cordis inanimi Deo adeo occludit, ut nisi ipse divinae gratiae excitantis clave cor aperiat, neutiquam homo possit a tyranni a peccati servitute liberari. Aptissimum est ad idem, quod de Cretensi labyrintho finxit antiquus, qui innumeris fuerat fabricatus viarum ambagibus, ita ut qui semel ingrederetur, nulla viquam redendi facultas, absque alterius adiutorio illum ducentis concederetur. Quod dixit Virgilius quamvis alio respiciens:

*facilis descensus Avernus,
Sed revocare gradum, superasque evadere
ad auras
Hoc opus, hic labor est.*

Labyrintheas peccatorum ambages ingredi quam facillimum est, sed inde evadere divinae dexterae opus est, hoc opus, hic labor. Praesignatum invenio hanc catholicam veritatem in Pharaonis Magis: hi activa passivis applicantes, colubros venenatos, angues lethalis procreabant; verum eosdem edacare propriis viribus non valebant. Certo nostri arbitrii liberale lethalis culpa anguem (sic eam sacrum vocat eloquium (Ecl. 31.)), *Quasi a facie colubri fuge peccatum*) progignere facile possumus; verum quamvis omnes nostros conatos adhibeamus, nunquam propria virtute venenatum peccati colubrum interimere poterimus. Secundum quod in spirituali animae resurrectione proponitur imitandum, illud est, ut sit vera resurrectio, non ficta: de Christo enim dicitur: *Resurrexit Dominus vere*. Tertium, ut in resurrectione animae perseveremus: *Christus resurgens ex mortuis iam non moritur, mors illi ultra non dominebitur*. Ut utrumque hoc intime penetremus, advertendum triplex resurrectionis genus in sacris Scripturis signatum.

Primum est appares tantum, non verax; cuiusmodi fuit resurrectio Samuelis, qui iubente Deo a Saule vocatus apparuit: quamvis enim tunc Samuelis anima advenisset, phantasticum tamen corpus assumpsit, ut ex Augustino colligit Lyranus ibi. Resurrectio haec peccatores illos praefiguravit, quos resurrexerunt credentes, quia confessione peccatorum praecedente communicaverunt: sed appaerent tantum surrexerunt: nam a proxima peccandi occasione non elongati, in eadem peccata prolapsi periculo iterum expositi remanserunt. Rex Iosias, sicut habetur in sacris litteris (1. Reg. 23.) ut idola penitus aboleret, omnes idolatrando radietibus occasiones abstulit, idolorum artifices relegavit, nemus